

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCCLV.

VD18 90538889

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-16577

L I I I

D I S S E R T A T I O
M E D I C A ,

D E

NOCIVA CANCRI INVETERATI
EXTIRPATIONE:

NOVIS EXEMPLIS DEMONSTRATA.

Quam Praeside

DAN. WILH. TRILLERO;

Tuebatur

CAR. CHRISTIAN. TITIUS

ROSSVINO-MISNICUS

Wittembergæ 28 Octobris anno 1752.

Tom. II.

O o o



Landesbibliothek Oldenburg

DISSESTATIO
MEDICA
de
NOCIAY CAVCRI UNIVERITATI
EXTRATATIONE
DENTIS COMPTA
DAN. WILH. THILLEO.
CAR. CHRISTIAN. TITIUS
KORNELIUS MINTIOES
M. H. L. D. G. C. P. M. H. L. D. G.



P R O O E M I U M.

Nihil quidem frequentius apud medicos chirurgosque imprimis, repe-
ritur, prompta tetrici cancri extirpatione: sed nihil tamen ea-
dem esse ut plurimum incertius, damnosius & periculosius, simul moestio
cum corde fatendum est. Adeo enim usque immite atque intractabile pro-
fus abominandi illius mali plerumque esse solet ingenium, ut nulla fere hu-
mana ope & arte superabile sit, unde verissime quondam cecinisse videtur:
notissimus ille feliciore ingenio, quam fato, poëta Sulmonensis:

*Ulceris id genus est, quod, quum sanabile non sit,
Non contrectari tutius esse puto.*

Profecto, ne potentissima quidem nature & artis instrumenta & prä-
fida, ignis nempe atque ferrum quidquam sèpius valent ad fecundam il-
lam & immortalem quasi luem penitus extinguendam. Neque enim atro-
cissima illa pestis exscinditur ferro, aut exuritur igni; quin potius,

*Per damna, per cædes, ab ipso
Dicit opes animunque ferro:
Non Hydra, scèto corpore firmior,
Vinci dolentem crevit in Herculem.*

Quam hydra illa cancerorum plus quam Lernæa in medicos chirurgosque
vinci dolentes, aductis subinde viribus, ferociter insurgit, omniaque il-
lorum machinamenta, quantumvis valentissima, eludit atque retundit,
Tam late enim serpit dirum istud immedicabilis mali contagium, ut, licet
uno loco, vindice ferro, resciuum fuerit, mox tamen altero, acrius re-
surgat, immo & hoc repurgato, paulo post tertium, quartumve sedisli-
ma sua tæbe infestet & contaminet, ita, ut in hoc numeroso & feraci ma-
lo plane eradicando, una fere salus sit, nullam prorsus sperare salutem,
& maxima hic scientia medica pars esse videatur, sanare non posse, uti scitè
loquitur Quintilianus. Non enim eo ipso solum loco, ubi pestiferi illi li-
ventes ac subfusci cancri ramicæ latius dispersi conspiciantur, propria ac
destinata ejusdem sedes esse deprehenditur: sed per omnem potius corporis
affecti & infecti ambitum, ubi musculi, pinguedines & glandulæ potissimum
depositæ sunt a natura, latissime circumspersa latent contagiosa cancri
edacis semina exitium paritura: inde sèvum virus

*urit corpore serpens
Quamcumque arripuit partem, reptitque per artus.*

Mutua namque tæbe mox omnia inficiuntur, & extirpato uno cancro,
O o o 2 por.

